



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

13 De Fructibus beneficiorum absentibus dandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

quod à voluntate cōtrahentium satis abhorret, & ideo æquior ac benignior est sensus verborū obseruandus. Hinc etiā deducitur Bart. opinionē in d. conf. 76. ambigua esse, nā si referuatio facta est in donatoris fauorē, vita mentio non mutat eius liberam dispositionē, poteritq; donator de bonis referuatis testari, maxime quia verba illa, in vita disponere, etiā testamentaria dispositioni cōueniunt, cū testamentum in vita testatoris fiat, tamen effectum post eius mortē habeat. Quod si dixeris, eam clausulam cuius Bart. meminerit, donationi adiectā, cum habere sensum, quod de bonis referuatis donator possit inter viuos absq; testamento disponere, non autem in vltima voluntate, nec in aliam causam, quam in donatione expressam posse ea bona impendi, quod difficillime probabitur, nisi apertissime à mente donatoris deducatur, tunc fatebor vtique per eam donationem sublatam fuisse liberam testandi facultatē, & ex ea causā donationem ipsam omnino nullam esse, qua in re verba contractus diligentissime sunt examinanda, ne quid contrarium donatoris voluntati præsumatur.

Ceterū, quæ circa Pauli Castrensis sententiā adduximus, iure Cæsareo, quod omnibus commune est, locū obtinent: at iure Regio in ea Hispaniarū parte, quæ Castellane legibus subdita est, quæstio prædicta maiorē ambiguitatem habere videtur, propter l. 69. Tauri, [l. 8. tit. 10. lib. 5. Recopil.] qua statutum est donationē omnium bonorum, etiam præsentium tantum nullam esse: etenim ante eam cōstitutionem iure ciuili Romanorū frequentiori omnium consensu receptum erat, donationē omnium bonorum præsentium tantum validam esse, sicuti monstrauimus in Rubr. de test. amen. 2. par. notat Bart. & omnes d. l. stipulatio hoc modo concepta. num. 5. ff. de verb. obl. Dec. consil. 30. Et sane etiam stante Regia lege sepissime apud supræmā huius regni tribunalia communis sententia aduersus Pau. Cast. recepta videtur, cum his quidem interpretationibus, quas paulo ante tradidimus: mihi tamē quoties lege Regia erit ius dicendum, potius applaudat Pau. opinio quæ et iure Cæsarium iuste improbetur. Taurina verō cōstitutione potissimum probatur, quod pluribus rationibus verum esse ostendam, quo certior sit hæc interpretatio.

Primo siquidem constat iure Regio donationē omnium bonorum præsentium tantum, nullam esse: atq; ideo manifestissime iuris erit, hæc donationē omnium bonorum vsu fructu retento, esse nullā omnino, si probauero per eā omnia bona præsentia donari. id vero colligitur ex eo, quod donatio omnium bonorum iuxta cōmunem intellectū ad præsentia omnia bona pertineat. ita equidē visum est Barto. & alij in d. l. stipulatio hoc modo concepta. referuatio autem vsu fructus nō mutat hæc cōditionem, quia fructus percipiendi ad futura bona pertinent, ipse autem vsu fructus nō potest inter præsentia bona donatoris censerī, cū vsu fructus pertineat ad donatorem tempore donationis causalis sit. is vero, qui referuatur formalis, qui constitui nō potest donec in donatū transferatur dominū, & sic post donationem ipsam. igitur vsu fructus formalis, qui per donatorem referuatur, nō erat penes ipsum tempore donationis, atq; ita ad bona eius præsentia minime tunc pertinisset. dices forsā hanc rationem ideo debilem esse, quod statim vñico actū donatio fiat, & inter bona præsentia donatoris formalis vsu fructus constituitur, & item retineatur. Et præterea per referuatiōem vsu fructus non fit noua vsu fructus adquisitio, sed tantum mutatur qualitas eiusdem, cū ex causalī mutetur, & transeat in formalem. Causalis autem erat penes donatorem tempore donationis, ergo & formalis quoad substantiā rei itidem apud eundem donatorem extabat ante donationem, saltem eius tempore. quamobrem prima hæc ratio minus congrua apparet. Vnde secundo vrgentius considero, quod Dd. omnes, qui à Paulo Castrensi recesserūt, fatentur in hac specie donationis omnium bonorum retento vsu fructu factæ, donationē ipsam vere esse omnium præsentium bonorū: quippe qui censent ipsū ius vsu fructus nihil impedire, quin hæc donatio omnium præsentium bonorū sit, quia de eo testari donator nō valet: at tamen defendunt hæc donationē ex eo, quod de fructib. futuris, qui causa vsu fructus referuati fuerūt, testari donator possit: palam igitur fit hæc donationem iure Regio nullam esse, cū sit omnium saltem præsentium bonorū donatio. Tertio, hæc ipsam sententiā Regiæ legis mens plane probat, etenim ex eo Regia lex improbat omnium bonorū præsentium donationem, quod velit ad

effectum validæ donationis aliquid ex bonis præsentibus referuari, de quo donator ipse tempore donationis testari valeat, quāsi nolit lex tolli liberam testandi facultatem, & discrimen sit subiturus. Quo fit, vt etiam si tenemus ius vsu fructus formalis esse de bonis præsentibus, sufficiat eius referuatio, quia id ius morte finitur, nec de eo testari donator possit, fructus autem percipiendi nihil ad effectum donationis validæ pertinent, quāuis referuatur, cum ea referuatio iure Regio sufficiens non sit.

Quarto in eundē opinionis cōprobationem facit, quod iure Regio duo requiruntur, vt omnium bonorum donatio valeat. Primum referuatio alicuius partis ex bonis præsentibus, quemadmodum d. l. 69. satis expressum est. Secundum exigitur quod ea referuatio fiat de re, quæ cedat in testamentaria dispositionem donatoris. Nam & iure Cæsari secundo modo communem omnium sententiā in d. l. stipulatio hoc modo concepta. id, quod referuatur à donatore, vt donatio omnium bonorum valeat, oportet, vt eius cōditio sit, quod donator de eo testari valeat, ne tollatur libera testandi facultas, atloqui vana ac frustranea esset in hac specie referuatio. Et profecto illud maxime iudicū animos perterredere debuisset, vt Pauli Castrensis opinionem in praxi saltem Regio reciperent, quod in his omnium bonorum donationis vsu fructus referuatio sit in manifestissima legis fraudem. Aliquot præter hæc scitu digna in materia legem diligens obseruabit apud Iasonem in l. ad duo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. col. 2. & in l. 1. §. si quis ita. nu. 18. ff. de verb. oblig. & consil. 169. lib. 4. Curt. Iuuiore conf. 15 & 25. Gozad. in consil. 87. Symon. consil. 139. ad in præter alia, quæ ipse adnotat, in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & adnotant Dd. d. l. stipulatio hoc modo concepta. & in d. l. vit. de pass. Matthei. notat. 137. Et in ea quæstione, quam in d. §. in venditione. Iason explicuit, omnino legendi sunt idem Ias. consil. 65. 4. dubio. lib. 1. & consil. 194. idem in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Dec. consil. 414. atque. Andr. Tiraq. in l. si inquam. C. de reuoc. don. verbi. bona. nu. 7.

CAPVT XIII.

Quid consuetudo possit circa fructus beneficiorum absentibus conferendis.

S V M M A R I A.

1. Distributiones quotidianæ an cōueniant appellatione fructuum beneficiorum.
2. Distributiones quotidianæ etiā ex consuetudine absentibus dari nō debent.
3. Residencia & personalis presentia in choro, differentes valde quæ ad perceptionem fructuum.
4. Lex improbat consuetudinem, an reprobat censuram præteritam tantum vel futuram simul.
5. Sublata consuetudine, an & immemorabile venocatio sit.
6. Distributiones quotidianæ simplices & non duplices dantur habentibus eandem ecclesiam duo beneficia.
7. An absentium distributiones presentibus adferantur.
8. Infirmi qualiter excusentur à presentia in choro, vt percipiant distributiones quotidianas, & quid de excommunicatis.
9. Consuetudo an valeat excusare quem à residentia, vt à percipiendis presentibus beneficiis.
10. Clerici habentes beneficia ecclesiastica, quæ parua coguntur horas canonicas dicere.

Fructus beneficiorum ecclesiasticorum iure Pontificio bifariam considerantur. Quidam etenim in genere constituti sunt, vt ex titulo canonico ad legitimo habenti beneficium competant, & reddantur. Alij vero distributione quadam veluti diurnum, & horarium stipendium his, qui quotidiano ministerio in celebrandis officijs diuini subserviunt ecclesie distribuuntur. horum ratione tractari solet, an hi fructus ex consuetudine absentibus adquirantur: quæ de re traditum est à iuris canonici professoribus dubitationem istam in duas distinguendam esse partes, quarum prior de quotidianis distributionibus posterior de aliis ecclesiasticorū beneficiorū redditibus tractabit etenim quotidianæ distributiones potissime differunt à reliquis beneficiorū redditibus, imo appellatione fructuum beneficii ecclesiastici non veniunt quotidianæ distributiones. textu opt. in c. vñico. de cleric. non resid. in 6. & in c. vltim. 8. in illis. de concess. preb. eod. l. idem pluribus rationibus & autoritatib. probari poterit, quæ hæc in capite à me erunt adnotandæ. Præsertim tamen illud admonendū est, quod cum aliqui impetratiōem beneficij quæ à summo Pontifice fiat, valor eiusdem sit omnino exprimeendus iuxta reg. Cancell. 21. & 60. ac 62. & tractata per Ludouicum Gomez. in præfatione eiusdem regule. post. gloss. & Dd. in Clem. 1. de prebend. Fel. in c. causam qua. 3. de test. eundem

Abb. & Ripam nu. 76. in e. de rescrip. Dec. cons. 156. Seluam. 3. par. de benef. qu. 13. Oldrad. cons. 216. qui, an valoris vera mentio sit necessaria iure canonico seclusis cancellariis Apostolicis regulis, latissime inquirunt, & diligenter examinant, at tamen satis erit, valorem Romano Pontifici significari secundum eorum estimationem reddituum, qui abq; quotidianis distributionibus ex eodē beneficio percipiuntur, nec enim augent beneficij valorem distributiones quotidianæ, nec id quod pro annuatijs datur, cum hæc rationis personalem operæ, & laboris dentur. *argum. tex. l. cum duobus. §. si in causa. ff. pro socio. & in l. r. 2. respons. ff. si mens. fals. mod. dixer. ex quibus in hac specie hoc ipsum adnotat ut Oldrad. cons. 118. Rot. in antiquis 766. & in Novis. 34. Anchar. in Clement. 1. de præb. 104. Andr. in Specul. Rubr. de concess. præb. Barb. in c. vlt. col. antepen. de pecuniis. in reg. cancell. 60. Felin. in d. cap. ad aures. n. 14. Philip. Prob. in d. c. vlt. de cler. non resid. n. 37. & 57. Ripa. lib. 1. respons. c. 5. Paris. consil. 33. lib. 4. colum. 2. Ioan. Staphileus de literis grat. & iustitia. lib. 29. col. 2. Gomez. in trad. de expectatijs. num. 104. quorum opinio communis est, & probatur è tex. in d. c. vlt. a quo & ipse aliam in distributionibus quotidianis conclusionem adnotauit, in c. cum officijs. de etiam. num. 4.*

Ad questionis igitur responsionem ex Bonifacij Octauij constitutione proponitur conclusio prima. Consuetudine induci non potest, quod distributiones quotidianæ absentibus, & minime ministrantibus dentur, ita etenim statutum est in d. c. vlt. de cler. non resid. in 6. ex pluribus quæ Doctores iuribus tradiderunt. nam harum distributionum ea est propria natura, vt his, qui vere interfunt diuinis officijs cōparent, non alijs & ideo nec his debentur, qui sicut residere censentur, nempe canonicis iuxta iuris permissionem existentibus in Episcopi seruitio & ministerio. e. de cetero. de cler. non resid. item nec his, qui literis operam dantes, in aliqua literarum, bonarumq; artium iuris diuini & humani Academia ad maiorem ecclesiarum vtilitatem ius ipsum diuinum, vel humanum, Pontificium tamen profitentur: hi si quidem distributiones quotidianas non recipiunt, sicuti notatur in c. licet. de præb. vbi gloss. Abb. & Doctor. quibus ad stipulatur, quod habens à Romano Pontifice priuilegium, vt fructus beneficij etiam absens recipiat, non poterit distributiones quotidianas ex eo habere. *tex. & ibi gl. cōmuniter recepta in c. vlt. de rescrip. l. 6. gl. & ibidem Doct. in c. 2. de priuileg. eo. in tradit. idem Io. Staphil. de literis gratiæ & iustit. fol. 192. co. 1. etiam si dispensationis, & priuilegij autoritate speciali seruiatis ecclesie per vicarium, nam in hac specie distributiones quotidianæ nec absenti: quia personale ministerium ecclesie non exhibet, nec vicario, quia is canonicus nō est, minime debentur, auctore Calder. consil. 1. n. 1. de cler. non resid. in quo verba principis priuilegij concedentis omnino sunt expendenda, ne quid aduersus eius concessionem fiat. Sic quāvis princeps proprio rescripto iubeat absenti reddi fructus beneficij, ac si presens esset, non ex hoc ei debentur distributiones quotidianæ gloss. omnium cōsensu probata in d. c. vlt. de cler. non resid. in 6. & inibi Prob. nu. 50. & idem erit, vbi princeps absenti permittat fructus recipere, & ei deberi statuat ac si residere ipsa: adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficij distinctos à distributionibus percipiet, nō ipsas distributiones quotidianas, quod adnotauit post alios Gulielm. Callador. dec. vlt. de cler. non resid. Atque hæc iure procedere videntur, licet gl. contrarium censet in cap. cum dilectus. de clericis non residens. Scribant siquidem Anton. & Dec. in c. cum omnibus. de conscrip. Domin. & Francus in dict. c. vlt. maximum esse discrimen inter residentiam, quæ quidem dicitur, cū quis eo loco habitat, in quo ecclesia est, cuius beneficij habet, appellatur; ab alijs presentia, & alia ex parte inter essentiam, cum obtinens beneficij ipsi diuinis officijs celebrandis presens est, & ministerium eorū celebrationi, ac altari exhibet. gloss. in d. c. vlt. in verbo, assuerit. ex qua hi Doctores adnotant, iure Pontificio ad percipiendos, & adsequendos fructus beneficij solam residentiam absq; ministerio personali, & presentia in diuinorum officiorum celebratione, sufficere. non sic ad obtinendas quotidianas distributiones, quæ quis nisi interfuit diuinis officijs, habere nō potest. hoc probatur argumento ab speciali in d. c. vlt. secundum Dominic. & Franc. ibi, verum priorem huius distinctionis partem falsam esse censent Hostiens. in summa. n. de cler. non resid. §. 2. qu. 27. Astenis lib. 6. tit. 34. Syluest. in verbo. residentiam. in principio. Andr. ab Exca. in d. c. cum omnes. nu. 58. existimantes, nequam sufficere ad obtinendos beneficij redditus, etiam abs-*

que quotidianis distributionibus, ipsius clerici residentiam nec presentiam, habitationemve in loco, vbi est ecclesia ipsa, sed oportere, quod ipse clericus habens beneficij seruiat ecclesie, officia ecclesiastica exerceat, altari ministrat, faciatq; ipsemet ea, quæ ad ecclesie regimen, & cultum necessaria sunt, quorum opinio in beneficio, cui imminet cura animarum, probari videtur in c. conquereute. c. relatum. c. quia nonnulli. de cler. non resid. Et profecto plurimum applaudent consideranti legis naturalis, & diuinæ rationem, conciliorum, sanctorumq; patrum decreta, cum ex his apparet decimas, ceterosq; ecclesiasticos redditus non alia ratione, nec alio iure habentibus, sacerdotia, beneficiaq; ecclesiastica præstari, quæ si & operas in ministerio ecclesie impenderint, quæ ab ipsis canonibus indictæ, & institutæ fuerint, quemadmodum ante nos diligentibus, & doctus alij tradidere. Nec tamē inficior priorem sententiā nō statim damnandam esse, modo sacerdotes, & alij clerici, quibus beneficia collata fuerint, omni conatu, & opera curent presentes quidem, quod ecclesiastica officia, ac reliqua munera, quæ commode per alium expediri possunt, solenniter, diligenter, & absque villo periculo ministrantur: ea vera quæ ipsorum propria industria exigunt, ipsimet tanquam operarij digni mercede, nō per vicarium, sed proprio labore subeant, sic tandem fiet vt cum presentes sint, etiam vicarium habere possint, nec fraudet oves sibi commissas propria presentia, & industria, ob quæ stipendium à Christianis integrum accipiunt. His equidem & alijs prima conclusio probatur præter autoritatē, quam habet ex Bonifacij Octauij constitutione. Hæc vero aliquot interpretationes patitur ad eius apertioem intellectum.

Prima sane in hunc modum proponitur, vt tandem consuetudine effici non possit, quod quotidianæ distributiones debeantur absentibus, qui non interfunt diuinis officijs, nisi consuetudo id induxerit in eo casu, quo de iure dubium est, an absentibus distributiones quotidianæ debeantur. Etenim si contigerit aliquis casus, in quo iure Pontificio scripto nō sit expeditum, absentibus non deberi quotidianas distributiones, imo ex eodem iure sit ambiguum, an debeantur, poterit consuetudo legitime præscripta hanc ambiguitatem interpretari, & declarare cū nihil nouum, nec iuri contrarium aperte sit per eam inductum, secundum Bald. inter cōcilia Cardin. cons. 53. Dec. in d. c. cum omnes. 1. lect. col. 1. & Exam. ibi num. 50. Rochum Curt. in ca. vlt. de consuetud. fol. paruo. 15. col. 2. 3. nor. 3. limit. Quin autem sint casus, in quibus iure Pontificio cōtrouersum sit, nec quidem expeditum, absentibus & his qui diuinis officijs non fuerint presentes, deberi quotidianas distributiones, deducitur ex notatis in d. c. vlt.

Secunda prædictæ constitutionis interpretatio eā questionem habet, num ea constitutio seruanda sit, vbi consuetudo fuerit post eandem constitutionem inducta, & legitime præscripta? Nam videtur ex ea constitutione, quæ consuetudinem tollit, sublata fuisse præteritam consuetudinem, non futuram, cum constitutio reprobans consuetudinem, prætermittat tantum, non futuram improbet. gloss. Clement. statuum. de elect. in verb. consuetudine. quam Imo. inibi sequitur, quamque dixere singularem esse Abb. in cap. vlt. col. vltima. de consuetud. idem consil. 7. colum. 4. li. 2. Bald. in l. vlt. C. de pact. pign. Rom. singul. 180. dixit ordinariam lason. in l. si mihi & tibi. §. in legat. 1. & 2. l. vlt. ff. de legat. 2. commendat Abb. in c. 2. numer. 7. de probatio. & in cap. in Lateranensi. col. 2. de præbend. notat Anchar. cons. 51. optimus text. in cap. 1. de conscrip. in 6. Quo in loco gloss. contrariam sententiā probat in specie cap. vlt. de clericis non residentibus. existimans verb. expressa. non posse nouam induci constitutionem, quoties ius ipsum consuetudini resistit, sicuti in d. c. vlt. resistit, atque ita satis aperte secundum hanc partem intellexit glossa prædictam constitutionem. qua in re prænotare oportet aliquot conclusiones, ex quibus consistet huius dubitationis congrua resolutio. Prima conclusio: lex, vel canon, consuetudinem aliquam iniquam, & irrationabilem decernens, non tantum præteritam, sed & futuram damnat, ita quidem, vt & futura consuetudo minime admittenda sit, quippe quæ sententia legis appareat iniqua, c. vlt. de consuet. sensu hoc Innocent. in c. lex parte versio. sed diuino. de consuet. sensere item Dominic. in c. 1. colum. vlt. de conscrip. in 6. & alij, quibus sequens propositio omnino placet. Secunda conclusio, consuetudo etiam futura procedere nequit aduersus canonem vel legem, quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauerit, nam & eam sensim iudicat iniquam esse, ita sane censent Abb. in dicto cap. 2. numer. 7. de probatio. Dominic. & Franc.



& quæ eis, si præsentibus forent, deberentur distributiones, non cæteris præsentibus, sed ipsi ecclesiæ competant, & ad eam pertineant, secundum eam distinctionem, qua passim Docto. vtuntur, & ipse hic exponam. Nam si nullus executionis minister interstiti diuinis officis, omnes quotidianæ distributiones, quæ eis forent dandæ, si præsentibus fuissent, ad ecclesiam ipsam pertinent secundum Domin. & Franc. post alios in d. cap. vnic. de cleric. non residen. in 6. & Guliel. Cassador. dec. vnic. cum d. r. Quod si Canonici aliquot diuinis officis interstiti, alii vero absentibus fuerint, tunc in quotidianis distributionibus receptum est, eas, quæ absentibus, si præsentibus forent, omnino competenter, presentibus adrecescere, gloss. in Clem. 2. in verb. suspenso. de vit. & honest. cleri. quas quidem glossarū opiniones, & distinctionem hanc vltimam sequuntur inibi Docto. Francus post alios in cap. vlt. cola. penult. de rescript. lib. 6. in cap. vnic. cola. penult. in Pragm. sanctio. titu. de tenentibus capitulum tempore Missæ. in verb. neque. Fel. in cap. Apostolic. n. 12. de except. Et item text. pro vltimo distinctionis membro in cap. penult. & ibi Innoc. Henric. Abb. de aliis de cleric. non residen. Ex quibus constat distinctionem hanc omnium consensu probatam esse: opinio tamen glo. in dicit. Clem. 2. vbi quæ diuinis obtinet, vbi statuto, vel consuetudine ecclesiæ certa quantitas est distribuenda inter eos, qui horis Canonice & diuinis officis præsentibus fuerint. Etenim nunc pars, quæ absentibus ob præsentiam deberetur, potius presentibus competit iure non decrecendi, quam adrecescendi, at si ita res instituta sit, vt culibet Canonico, qui presentibus horis Canonice fuerit, detur certa ac definita quantitas, eo casu potius absentibus, non cæteris presentibus dabitur, sed apud ipsam ecclesiam manebit. hic siquidem locus non est iuris adrecescendi: quia presentibus certa debetur quantitas, absentibus vero nulla, secundum Imo. & alios in d. Clem. 2. vbi quæ diuinis, glo. in Pragm. sanctio. in verb. neque. optimus text. in l. si Titus. ff. de lega. 2. & præterea hoc fuadetur ex eo, quod in hac specie nulla est coniunctio, inter Canonicos, nec rei, nec verborum, & ideo expeditum est, ius adrecescendi non esse ad hanc reddituum distributionem considerandum. Quod vero diximus, ad ecclesiam pertinere eam portionem, quæ absentibus, si presentes fuissent, deberetur, nunc obtinet, cum ex patrimonio ecclesiæ, cui ministrantur, dantur redditus & quotidianæ distributiones ipsi ministris, nulla facta diuisione reddituum inter ipsam ecclesiam, & eius ministros, quali aliud dicendum sit, vbi patrimonium ecclesiasticum in duas fit diuisum partes. quarum vna ipsi ecclesiæ, ad eius fabricam, vestes, aliaque ei necessaria, propria sit, altera vero ad ministrorum victum, & laboris mercedem sit destinata. Nam si patrimonium, & distinctos redditus ministri habuerint, quidquid diximus in præmissa distinctione ad ecclesiam pertinere, id vere credit in patrimonium commune ipsorum ministrorum. Et sane, ni fallor, etiam in redditibus principalibus distinctis à distributionibus quotidianis, idem erit quod & in ipsis quotidianis distributionibus, quoties certa reddituum quantitas constituta sit, & destinata ad hoc, vt inter ipsos ministros diuidatur, etenim eo casu potius absentium portiones presentium, & personaliter ministrantium auget. Vnde in hac quæstione tantum est constituenda differentia seclusa glossar. & Doct. sententia in hoc, an sit ex redditibus ecclesiæ certa quantitas destinata ad ipsorum ministrorum victum, & laboris mercedem, vt sit statutum, vt cuiuslibet ministro detur certa annua præstatio, priori æquidem casu sine in distributionibus quotidianis, siue in principalibus redditibus beneficiorum, absentium portiones presentibus debentur, & ad crescunt, in posteriori vero absentium partes apud ipsam ecclesiam manent, eique iure omnino debentur.

Quinto ad prædictæ constitutionis intellectum inquirendum an Ministri ecclesiæ, qui morbo impediti, personaliter ministrare non valent, quotidianæ distributiones debeantur: Nam & Philippus Franc. in d. ca. vnic. existimat, consuetudine fieri posse vt quotidianæ distributiones absentibus debeantur, ex causis tamen in hac constitutione exceptis: atque ita intelligendum esse quod Romanus Pontifex in dicit. ca. vnic. à regula excipit, vt secus sit, vbi nulla de hoc adest consuetudo: quia censet eo casu etiam infirmis quotidianas distributiones non debentur si ipsa Franc. in l. qui vero. X. & 2.

ca. Ego contrariam secutus opinionem existimo iure communi scripto absque vlla consuetudine quotidianas distributiones clericis infirmis deberi, quod probatur in d. ca. vnic. 8 vbi à regula, quæ præmisserat Romanus Pontifex de distributionibus quotidianis minime dandis absentibus, à diuinis officis, excipit ipsos infirmos, qui morbo impediendo non poterunt diuinis officis personaliter interesse. idem apparet ex l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. quo in loco gloss. adnotauit, Famulo infirmo Salarium esse præstandum etiã eo tempore, quo ægrotus sit, quam opinionem tenuerunt Innoc. Io. Andr. & Barb. in ca. 3. de loc. n. 25. Dom. in dicit. §. qui vero. Hostiens. & Specul. citat. per Aufrer. dec. Tolos. 268. quibus accedit tex. in l. 4. §. Stichus. si heredi. ff. de statu lib. vbi conditio seruandi certo tempore, censetur euenisse, & contigisse, si eo tempore seruitiū impendi non potuit morbo impediendo, etiam si tēpus sit numero dierum certum, & diffinitū nec tamē certum in specie opti. ad idem tex. in l. 1. §. Diuus. ff. de var. cognit. hanc tandem Opinonem. adserit esse C. omnium Im. in d. ca. 3. de locat. n. 10. Cæterū contrarium adnotat ut Franc. in dicit. §. qui vero. gl. in l. penult. C. de condit. ob caus. & in d. l. 1. §. Diuus. pro quib. est. text. in l. si vno. §. item. cum quidam. ff. locat. vbi qui locauit operas suas, non recipit mercedem eius temporis, qui morbo impeditus, eas præstare non potuit, morbo inquam, impeditus, vel alio casu fortuito, ad idem inducitur tex. in l. si pecuniam. in prim. ff. de condit. caus. dat. cui cōuenit Regial. 44. ti. 1. q. 5. quæ expressim tractat de impedimento ægritudinis. Ex quibus tandem hæc posterior sententia verior apparet secundum Imo. in d. ca. 3. de locat. n. 10. post Anto. & Ancha. ibi Barto. in d. §. Diuus. & in d. §. item. cum quidam. & in l. opera. ff. de vsufr. leg. vbi Dynus, Oldradus Iacobus Arenæ, & Albericus idem tenent idem Alber. in d. §. Stichus. & in d. §. de illo. Aufrer. dec. 268. Card. & Imo. in cap. 1. de cler. ægrot. vbi Panor. eandem opinionem secutus fuerit, eam Communem esse, quod itidem asseuerant Baptista de S. Seuerino in l. si em. fundi. ff. de offic. ass. q. 48. & Syluest. in verb. familia. §. 2. tenetur tamen dominus famulo ægrotanti, cibaria, & modicas, ac tenues expensas exhibere. Bar. in l. cum. doi. §. si in autem. ff. sol. matrim. & in l. in rebus. ff. commodat. Abb. in d. ca. 1. Aufrer. o. b. a. Syluest. in præcatis locis. Non obstat text. in dicit. §. de illo. quippe qui tantum probat, quod in seruo ægrotante retineatur vltus fructus, licet is inutilis sit, quod parum ad nostram questionem attinet, deinde responso Iuriscōsulti in dicit. §. Stichus. specialis est fauore libertatis. sicuti & in dicit. §. Diuus. fauore. & peculiari privilegio Aduocatorum, illud obtentū est propter excellentiam officii, & ingeniosam professionem. Item non obstat textus in dicit. capit. vnic. ex quo distributiones quotidianæ infirmis dantur, qui tamen non possunt personaliter ministrare: nam in eo casu non tantum ab labore personale, sed & propter officium, & dignitatem debentur distributiones, aliæque ecclesiasticæ redditus. Vnde ex ea decisione efficax argumentum sumi non poterit ad mercedem famulo infirmo præstandam. Sic t. Regum. ca. penult. A malecitas seruum dereliquit, quod is ægrotare cœpisset igitur licet famulo infirmo salarium minime debeat, ministris tamen ecclesiæ, qui impediendo morbo non possunt diuinis officis interesse, quotidianæ distributiones debentur sunt.

Sexto hoc ipsum erit intelligendum, quando ægritudo fuit absentia vera causa, cum is, qui modo ægrotat, solitus sit tēpore rectæ valetudinis officis diuinis interesse. Quod si ægrotus minime consueuerit, vsus integra valetudine, horis canonicis interesse, nequaquam percipiet durante ægritudine quotidianas distributiones. Ioan. Andr. Cardinal. & Abb. in cap. ad audientiam de cleric. non residen. Ioan. Andr. Domin. & Franc. in dicit. cap. vnic. & gloss. in Pragm. sanctio. titu. quo tempore quisque debeat esse in choro versicul. percipiunt. Corfe. in sing. in verb. infirmus. Abb. in c. plerumque de rescript. Et Felin. dicit ita omnes tenere in c. Apostol. ca. nu. 11. de except.

Septimo quotidianæ distributiones non tantum simpliciter ægrotantibus debentur, sed etiam his, qui ex propria culpa in morbum inciderunt, etenim hi, quamuis propria culpa sint impediti, hoc tamen impedimentum nec à iure, nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum fuit, nec denique id culpa ægrotantium præcessit, vt in morbo non possint personaliter ministrare, quod constat ex his, quæ à me adnotata fuerunt huius operis. lib. 2. cap. 16. nu. 9. tamen si Philippus Probus in dicit. cap. vnic. numer. 17. teneat, quotidianas distributiones minime dandas esse infirmis, & ægrotantibus, qui ex propria eorum culpa morbus euenerit.

Oftaño nō tantum aegrotis debentur quotidianae distributiones, sed etiam & alius, qui absunt à diuinis officiis propter aliquam aliam vigentem causam & necessitatē, vel ob evidentē ecclesiae utilitatem, quod expressim statutum est in d. cap. unico. in 2. eius. parte. Circa cuius decisionem adfundenda est ea distinctio, an Canonicus, vel habens ecclesiasticū beneficium absens sit à loco, vel oppido ipso, in quo ecclesia est, an praesens. Hoc etenim casu distributiones quotidianae omnino debentur his, qui vel morbo, aliave necessitate aut ecclesiae utilitate, impediti sint horis adesse canonicis, diuinisque officiis interesse: illo vero minime his debentur nisi hoc consuetudine fuerit obrentum. *text. in ca. cum non doceat de electio. in 6. adiuncta interpretatione text. in c. unico. §. 1. secundum gloss. Ioan. Andr. & Doct. ibi. praesertim Domini cuius resolutionem sequitur Francis à Ripa in tract. de peste. in 2. par. t. n. 145.*

Nono hinc deducitur, quod absens à loco beneficii tempore Festis, licet fructus praecipuos, & principales percipiat, non tamen habebit, quotidianas distributiones, nisi consuetudine obrentum sit. eas absentis ex iusta causa dari, quod in specie respondit Ripa in d. 2. par. n. 145.

Decimo eadem ratione verus intellectus constat ad id, quod scribit Cald. *consil. 17. tit. de preben. asseuerans, quod canonicus expulsus à ciuitate praeter seditiones abique eius culpa à contrariae factionis hominibus, percipere debet distributiones quotidianas, quem secuti sunt Felin. in dicit. cap. cum omnes. num. 22. & Philip. Probus in d. c. unico. num. 22.* Etenim hoc verum est, vbi consuetudo definiuit, quod absentibus ex iusta causa dentur quotidianae distributiones.

Vndecimo ex his colligitur, canonicū iniuste in Carcerem inclusum in eodem oppido, etiam semota consuetudine percipere posse distributiones quotidianas, & eas ei debitas esse, cum is abique eius culpa in eodē loco existens, vbi ecclesia est, impediatur adesse diuini officii. atque ita in hoc conueniunt omnes, quos ad sequentis illationis probationem citabo.

Duodecimo hinc etiam deducitur, quid dicendum sit in eo, qui ob Excommunicationē, qua irretitus est, non adfuit diuinis officiis. Nam inique excommunicatus, fructus & redditus beneficii, qui durante excommunicatione eidem fuerunt denegati, omnino repetit. *gloss. in ca. super. causa. 2. q. 5. gl. in ca. pastoralis. §. verum. de appella. & inibi Abb. Imo. & Doct. Communiter. quem admodum Decretatur eandem sententiam tenent Domin. in ca. contumaces. 50. distinct. & Fel. in d. ca. Apostolica. n. 12. iuste vero excommunicatus, hos fructus, & redditus amittit: cum ei iustissime ob excommunicationē denegentur. *gloss. in l. inter quos. §. damni. ff. de damno infect. gl. Communiter. Recepta in d. §. verum. Regia l. 31. ti. 9. par. 1. adeo sane, vt quamuis depositus, & suspensus à beneficio propter crimen, ex reductibus beneficii alimenta sint exhibenda, nec is cogatur mendicare grauius inopia in opprobrium ordinis clericorum. *gloss. & Doct. in d. §. verum. gl. in ver. admitterant. in cap. cum Viuonensis. de electio. Abb. in d. ca. Apostolica. col. 3. & Fel. ibi. nu. 9. qui idem intelligit, nisi clericus suspensus fuerit propter contumaciam, tamē excommunicatus nihil ex redditibus ecclesiae datur, etiam si is egenus, & pauper sit, cum possit respiciens a contumacia, ac tandem ab excommunicatione immunis effici. quod frequentissimo omnium consensu receptum est post *gloss. in d. §. verum. idem erit in eo, qui actu & solēnter depositus sit, & exauthoratus militia sacerdotali: nam & huic minime exhibenda sunt alimenta ex ecclesiae redditibus. auctore Felin. in cap. ex parte. de accusacion. Caterum inique excommunicatus tunc demum quotidianas distributiones exigere poterit, cum tempore ipso excommunicationis praesens fuerit in loco, vbi beneficium habebat, eoque solitus diuinis officiis ante excommunicationis impedimentum adesse, secundum Felin. in dicit. ca. Apostolica. n. 12. quamvis Domin. in d. ca. contumaces. teneat contrarium: cuius opinio vera est, in eo, qui ante excommunicationem non confuenerat diuinis officiis adesse. Etenim nequaquam habebit quotidianas distributiones eius temporis, quo inique fuerit excommunicatus: obiter tamen illud non praetemitam, quod iuste vel iniuste excommunicatus, etiam nō possit percipere nec percipiat redditus beneficii, nec distributiones quotidianas: teneatur tamē horas canonicas priuati, & occulte dicere ratione beneficii. *gl. in ca. presby. 28. distinct. & ibi Doct. Card. in Clem. 1. 6. opposit. de regul. Hieronim. Gigas. de pensio. b. qu. 64. Dec. in ca. intelleximus. n. 5. de iudic. Abb. & Doct.*****

in ca. 2. de cleric. excom. Ioā de Lignano in Clem. dignum. q. 3. de electio. miss. Alber. de Ferrar. in tract. de horis. canon. qu. 12. & 13. & item est omnino dicendū ratione ordinis sacri in clerico deponitiam si quis fuerit solēnter, & actu degradatus eisdem, & degradatio. q. 8. nam licet depositus & priuatus beneficio non teneatur ratione beneficii horas canonicas dicere, vt explicat Card. in §. 1. distinctio. 91. ar. 8. tamen, ratione ordinis sacri, si quem habet, manet is clericus addictus obligationi has priuatas canonicas horas dicendi. Nec eū excusat, quod redditus ecclesiasticos non recipiat: cum id eius culpa contigerit: & per Ecclesiam minime steterit. quoniam ipse redditus eodem clerico beneficium obtinenti darentur, quod ita post alios explicat Palud. in 4. dist. 15. q. 5. ar. 1. col. 2. licet contrarium adnotauerit Eriardus post Adria quodlib. q. 4. propo. 5. Sic & licet ecclesiasticum beneficium admodum tenue sit, nihilominus teneatur, qui id obtinet, & accepit, horarium hoc officium etiam priuati dicere, quod adnotatur *gl. ibi Communiter. recepta in cap. 1. de celebr. miss. vbi textus idem probat *gloss. apertior in cap. clericus. vltim. & inibi Doct. 91. distinct. Card. in Clem. 1. de celebr. miss. Alber. de Ferrar. in tract. de horis. canon. 8. *gloss. in Pra. Sancti. tit. quater. hora canonice sunt dicenda, in verba dicitur. Marti ab Azpilcueta, quem praeceptorem habuisse Salamanticae semper in maximam duxi meae felicitatis partē, in e. quando. de consec. dist. 1. no. ab. 7. no. 27. imo & excommunicatum, qui ecclesiae, ac beneficii redditus minime percipit, teneri ad solutionem pensionis & subsidii, quod Episcopo, aut Romano Pontifici charitatis gratia solendum est, tenet expressim Hierony. Gigas. in d. qn. 64. & id praenotare videtur Barto. Alber. Angel. & Paul. Castr. in l. inter quos. §. damni. de damno infect. contra *gloss. ibi, quam Bald. sequitur in l. 1. ad. l. C. de bon. auctorit. iud. poss. atque praeter eum eiusdem *gl. sententiam probat. Cuman. ibidem ad hoc inducens textum in ca. quia. diuersitatem. de concess. praeb. quo in loco Panormitan. scribitur. n. 11. quod vbi non ipsa culpa, sed poena culpa est causa proxima, & immediata impedimenti, minime imputatur ei, qui culpam contraxit. ad idem optima *gl. in regul. impati. do regul. iuris. in 6. Sic sane culpa, quae excommunicationem praecelsit, non est immediata causa impedimenti, quo excommunicatus impeditur fructus ecclesiae percipere, & ex eis onera subire sed ipsamet excommunicatio, quae quidem culpa non est sed poena culpa. vnde verior apparet opinio *gloss. Cuman. & Abb. quam Bart. & aliorum, qui contrarium probare conati sunt.*******

Decimotertio, illud est omnino considerandum, quod diligenter examinata ratione constitutionis in dicit. capit. mo. co. de cleric. non resident. in 6. apertissime deducitur, nempe consuetudinem vtique legitime inductam, qua obtinentur, canonicis distributiones quotidianas debere consequi, si initio celebrationis diuinorum officiorum & canonicarum horarū adfuerint, licet statim à choro & ecclesia exterunt ad alia quidem negotia diuertentes: vel esse iniquam, vel forte intelligendam cum canonicis ab horis canonicis & choro discesserint ex aliqua causa, quae licet omnino iusta non sit, honestam aliquam occupationem inducat, ita quidem ne temere ad otium, forsan ad illicita, canonicis diuertant, quod colligo ex Palud. in 4. distinctio. 16. quaest. 5. conclus. 9.

Posterior huius capit. pars in eo statu controversiam habet: an & consuetudine efficiere valeat, quod canonicis & alii ecclesiastica beneficia obtinentes possint iuste fructus principales, & vere redditus beneficiorum absentes ab eis recipere: & profecto *gloss. in ca. cum omnes. & ca. vltim. de constit. *gl. in dicit. cap. unico. & item alia in cap. vltim. verbo fructibus de rescript. in 6. Et in cap. gratia. eodem. lib. & in cap. dudum. in 2. de electio. expressim asserunt, posse autoritate consuetudinis redditus beneficii ab absentibus percipi, quam quidem opinionem adeo veram esse censuit Innoc. in cap. ex tua. de cleric. non resident. rescript. item oportet vt existimet eam consuetudinem excusare a residentia, & ministerio ecclesiae exhibendo etiam per vicarium: si quidem & consuetudo potest inducere, quod absentes à beneficii, & ecclesiae earum redditus percipiant, quamuis nec per vicarios seruiant altaris ministerio, quod verum est in beneficiis simplicibus, quibus animarum cura non incumbit, modo ecclesia non patitur defectum in ministerio: tunc etenim consuetudo ita, quae immutari redderet clericum habentem beneficium à ministerio etiam per vicarium praestando, nequaquam in iure procederet: quippe**

que esset ecclesiis admodum grauis, & damnoſa, tex. in ca. 1. *conſuetud. atq; ita in hac ſpecie ſcribit Hoſt. Abb. Fel. & Dec. in d. ca. cum omnes. Ioan. de Selua in tractat. de beneficio. 4. part. quaſtio. 2. Illud vero pie, & caute obſeruandum erit, eccleſia dignitatem eſſe conſiderandā, cuiusque conditionem, ac qualitatē vt recte dicere poſſimus. an ex absentia miniſtrorum patiatur defectum in Diuini cultus miniſterio iuxta deco- rem illum, qui eidem eccleſia conueniat, ac debeatur. Vi- deo enim hāc in re pleroſque falli. & vix mihi perſuadeo, hanc Innocentii Synodi decretum ſeſſ. 24. ca. 12. verſic. *præterea poſt Tridentinæ Synodi decretum ſeſſ. 24. ca. 12. verſic. præterea poſt Tridentinæ Synodi decretum ſeſſ. 24. ca. 12. verſic. præterea* cum videam tot canonicos, atque dignitatem habentes ab eorum eccleſiis ita libere abeſſe, vt minime poſ- ſit eorum absentia decori, & authoritati diuini cultus non obeſſe. [Etenim decreto Tridentino, omnib. ſtatutis, cōſti- tutionibus & conſuetudinibus derogatum eſt. apertiffime, quibus liceret canonicis ab Eccleſia Cathedrali abeſſe vl- tra nonaginta dies, & id non alia ratione, quam vt teneretur nouem menſibus reſidere: ſiue Eccleſia patiatur defe- ctum in miniſterio, ſiue non: Exigit enim ratione officii hāc reſidentiam ſancta Synodus, vt omnes miniſtri cuiuſlibet Eccleſiæ, qui ad eius miniſterium inſtituti ſunt, eidem ſer- uiant: cum hæc fuerit plane inſtituentis voluntas. Qua ra- tione omnibus eſt per idem decretum derogatum conſuetu- dinibus, quibus ante obtentum erat, poſſe Capitula Eccle- ſiarum Cathedralium permittere, vt iſtis viſum fuerit, ali- quem canonicum à ſeruitio & miniſterio Eccleſiæ abeſſe. Hæc quidē conſuetudines ad abuſum pertinere videtur, niſi ex cauſis iuſtis detur licentia abundi: iuſtis quidem à iure cōmuni, vel Eccleſiarum validis ſtatutis expreſſis: aut ſal- tem eiſdem ſimilibus. Alioquin ſi liberè Capitulis eſt per- mittendū abundi licentias concedere, quamlibet cauſam, etiam ſi ad propria cuiuſque negotia pertineat, exiſtimabit canonici iuſtam: cum de eorum propria re agendum ſit. Vt tandem ſibi iſtis inuicem licentia abundi cōcedatur, & frequentiffime abſque vllō examine, an ſit vel vera cau- ſa, vel iuſta. Nam eſt hoc ipſum priuilegio competeret, propter abuſum eſt omnino priuilegium ipſum reſcinden- dum, & ius commune in vſum reuocandum.]*

Ceterum in Sacerdotiſ & beneficiis, quibus animarum cura imminet. Ioan. Imolenſis, prout à quibuſdam citatur, in cap. vltim. de reſcript. in 6. cenſet itidem valere conſuetudi- nem, quæ permittat, abſentem opera vicarii eccleſiæ mini- ſtrantem, redditus eccleſiaſticos habere, & conſequi, hanc ſententiam nec falſam, nec omnino veram eſſe audeat aſſe- rere Decius in cap. cum omnes. tametſi eam defendere conetur ſibi Andreas ab Exca. n. 18. At ipſe exiſtimo eam falſam eſſe ſecutus Panormitan. in cap. exiſtenda. §. quia vero. col. 1. 6. de præ- bend. Domin. Archidia. & Præpoſit. in cap. ſacerdotibus. 3. 1. diſtin- ctio. Domin. in cap. vlt. de reſcript. in 6. ſuper gloſſ. fructibus. Felin. in d. ca. cum omnes. num. 33. & Selua de beneficio. diſt. quaſt. 2. Quibus ſuſfragatur quod Episcopos, aliſque inferiores prælati, & paſtores iure diuino tenentur ad perſonalem reſidentiam: cum ex iure diuino teneantur paſcere gregem ſibi cōmiſ- ſum. Nam & Decimus dantur à Chriſtianiſ iſis ſacerdoti- bus, vt eis ſpiritualia miniſtrent, & ſint in hac Domini vi- cea operarii digni mercede, *Matthæi & Luca cap. decimo.* quod minime eis conueniet, ſi per vicarios eas operas exhibue- rint: ac potius ipſi vicarii erant operarii, quibus Domini noſtri Jeſu Chriſti verbum conueniet. Et præterea perſo- ne indultæ in his eligitur: quod apertiffimum eſt, qui igitur fieri poſſet, vt is, cuius ad negotium arduum eligitur in- dultia alterum ſuſtituat? Quibus equidem rationibus, & aliis iure firmioribus probant hanc perſonalem reſidentia iure diuino inſtitutam eſſe, Caietan. 2. 2. quaſt. 185. artic. 5. Anton. Driedonius de libert. Chriſti. pagin. 204. omnium dili- gentiffime, eruditione, pietate, Chriſtianiffime moribus in- dignis vir Barth. à Miranda in ea controuerſia, quam hac de re apud Tridentum habuit. cui aduerſus Ambroſium Ca- tharinum ſubſcripſit Dominicus à Soto, vir omnium cen- ſura & iudicio in ſchola Theologica admodum illuſtris, in calce eius operis, cui titulum fecit, *de natura & gratia. & idem* *hor. decimo de iuſtit. & iur. quaſt. 3. artic. 1. & ſequenti.* Eandē opi- nionem ſequuntur Hieronym. Gigas in tractat. de reſidentia, cap. ſecundo. Leonardus Venetus, Franciſcus Torrenſis, at- que item Franciſcus Cordubeniſ editis hac de cōtrouer- ſia tractatibus, & Gentianus Heruetus in cap. prima. 70. diſtin- ctio. & probatur à Concilio Muldenſi, cap. 5. apud Iuon. part.

quinta. cap. 190. Probat & eandem opinionem Franciſcus Var- gas in lib. de iuriſdictione. axioma duodecimo. Quod ſi iure diuino ne- ceſſaria eſt reſidentia prælatorum, & aliorum inferiorum paſtorum perſonalis induſtria, & opera: non video qua ra- tione conſuetudo valeat ab ea obligatione quenquam im- munitatem reddere, nec excuſare. Etenim conſuetudo contra ius diuinum nullam poteſtatem habet iuxta communem omnium reſolutionem in ca. quanto. de conſuetudin. cum legi di- uinæ cōſuetudo hominum vſu inducta minime poſſit de- rogare. Nec tamen inſicior, aliquot ex cauſis poſſe Episco- pos, ac ſacerdotes, quibus commiſſa fuerit animarum cura, quandoque ab eccleſiis abeſſe, & à locis, in quibus ipſæ ec- cleſiæ ſunt conſtitutæ. Fateor enim poſſe eccleſiæ paſtorē iuſtiſſime excuſari à reſidentia, aliquot caſibus deductis ex legis diuinæ interpretatione, quæ tandem interpretatione de- claret tunc legem diuinam minime obligare eccleſiarum prælatos ad reſidentiam.

Hi vero caſus cauſiſſime ſunt expendendi, atque ita qui- dem quod nec legi diuinæ, qua obligationem reſidendi induxit, fraus fiat. Nec hi prælati ſtatim damnentur ex eo, quod ab Episcopatibus & eccleſiis ob communem Reipub- licæ vtilitatem, aut eccleſiæ proprie commodum abſen- tes operam dant expediendis negotiis, quæ ita commode per alios expediiri non poſſunt. Ceterum hac de re conſul- gatam fuit Tridenti decretum quoddam ſub Pio Quarto, Pontif. Maximo ſeſſ. 23. anno M. D. LXIII. quo præter alia, il- lud pie, ac ſanctiſſime aſſeritur, nempe conſuetudinē iſtam de qua modo diſputabamus, quod ad eccleſias Cathedrales, & alias, quibus animarū cura incumbit, corruptelam eſſe: atque adeo, eſſi immemorabilis ſit, neminē excuſare poſſe.

Vtunque tamen ſit, illud certiffimum eſt, clericos non reſidentes in eccleſiis, quibus præſunt, aut in quibus bene- ficia eccleſiaſtica obtinent, teneri omnino ad dicēdas pri- uatim preces horarias à Romano Pōtifice, & eccleſiæ, præ- latique inſtitutas, alioqui hi tenebuntur reſtituere fructus beneficii, quos perceperūt eo tempore, quo à dicēdis pre- cibus canonicis ceſſarunt. quod notant Calder. in cap. primo. de celebr. Miſſ. Domin. in capi. vltimo. de reſcript. in 6. 1. notabil. quorū opinio verior. eſt ſecundum Decium in diſt. cap. cum omnes. 2. lectu. column. 2. & Hadrian. in 4. ſentent. in tractat. de reſtitut. in quaſt. an clericus. teneatur reſtituere quilibet ultra victum de redditibus beneficii conſumpſerit. verſicul. pro reſponſione Ripam in vltim. quaſt. 66. C. de re- uoc. donatio. idem probat Angel. verſicu. hora canonica. §. 1. eandē opinionem cenſet tutiorem eſſe gloſſ. in Pragmat. ſanction. 11. qualiter hora canonica ſint dicenda. col. 2. & licet cōtrariam ſenten- tiā, quod nō teneantur hi clerici ad fruſtuū reſtitutionem, probare conantur Abb. & Cardinal. in d. cap. 1. Præpoſit. in ſumma. 44. diſtinctio. Sylueſt. in verb. clericus. 4. quaſt. 23. & Fe- lin. in cap. poſtulaſti. numer. 7. de reſcript. poſt alios, quorum Communis eſt, Synodus tamen Lateranenſis ſub Iulio Secundo, ſeſſione 9. priorem opinionem proprio decreto compro- bauit: modo clericus beneficium ſex menſibus iam obti- nuerit huius Decreti meminere Ioan. Bernard. Præſul Ca- lagurritanus in pract. crimin. cap. 49. & Martinus Azpilcueta in cap. quando. de conſecr. diſtinctio. 1. notabil. 7. numer. 31. habeturque Canon. iſte expreſſim inter acta Concilii Lateranenſis, diſt. ſeſſione 9. Quamuis Carolus Molina. in conſuetudin. Pariſi. titu. 1. §. 30. numer. 35. aſſerat non conſitare, nec apparere ita ſtatutum fuiſſe in Lateranenſi Synodo, nec id moribus receptum eſſe imo nequaquam conuenire Reipublicæ, quod ita ſta- tuatur: ne laqueus iniiciatur multitudini. Sed & Dominic. Sor. lib. de iuſtit. & iur. quaſt. 3. artic. 6. etiam ſi meminerit Late- ranenſis Concilii, admonet tamen, non omnino receptum eſſe huiusmodi decretum: atque ideo caute quidem, & ſe- cluſo rigore ita interpretandum, vt ad omiſſionem quam- libet horarum, nempe vnus aut duorum dierum fieri non debeat reſtitutio.

## CAPVT XIV.

Traditur breuis interpretatio l. inuitum.  
C. de contrah. empt.

## SVMARIA.

- 1 Exponens publico res proprias venditioni, cogitur eas iusto pretio vendere.
- 2 Meretrix publica, an sit cogenda quemlibet admitteret & de uolentia ob- iudicari.

XX 2

3 Cogi.